

esse crederent. Aperto igitur eius sepulcro magnus draco exivit, et totum sepulcrum inventum est denigratum.

Sancto Gregorio iuniori octogesimo IX^o post Petrum successit sanctus Zacharias papa post Petrum nonagesimus, natione Grecus; sedit annis XI¹. Hic sanctus Zacharias papa, natione Grecus, erat vir mitissimus atque suavis omni-que bonitate ornatus, amabilis clero et omni populo Romano, tardus ad irascendum, velox ad miserandum, nulli malum pro malo reddens, pius et misericors nec vindictam secundum meritum tribuens².

Huius tempore sanctus³ Bonifacius Mangontinus archiepiscopus, natione Anglicus, clarus habetur. Hic obiit⁴ Idus Marcii.

Sancto Paulo successit Stephanus nonagesimus III. papa post Petrum, natione Siculus; sedit annis III⁵. Hic sanctissimus papa Stephanus adhuc parvulus traditus est a sancto Gregorio papa 3^o in monasterium sancti Crisogoni, quod ipse construxerat, et postea cubicularius ab eodem constituitur in Lateranis. Inde a clero et populo electus, fecit constitutum, ut sacre ymagines pro veneratione sanctorum religiose colantur⁶. Hic obiit⁷

Et memorandum, quod anno⁸ dominice incarnationis secundum ewangelium DCCXCII, secundum Dionisium DCCLXX, mortuo Pipino rege Francorum, filii eius, scilicet Karolus et Karolomannus, regnum sibi dividerunt. Karolus⁹ vero coronam accepit in Noviomensi¹⁰ urbe, Karolomannus in Suessionis civitate.

Sancto Stephano successit Adrianus nonagesimus III. papa post Petrum, natione Romanus; sedit annis XXIII⁸. Adrianus¹¹ papa Romam venire Karolum regem ad defendendas res ecclesie postulavit. Karolus ergo Romam veniens, Paviam obsedit ibique relicto exercitu in sancta resurrectione ab Adri-

1) Aus Marian a. 742 (S. 547). 2) Aus dem Liber Pontificalis.
 3) Aus Marian a. 743. 4) Eb. a. 752. 5) Eb. a. 769 (S. 548).
 6) Aus dem Liber Pontificalis in der verkürzten Fassung von CL (vgl. N. A. XXXV, 384). 7) Eine Zeitangabe ist nicht ergänzt, auch kein Raum gelassen: 8) Aus Marian a. 770 (S. 548). 9) Nach den Annales regni Francorum a. 768 (ed. Kurze S. 28). 10) 'Noviōnsi' Hs. 11) Die folgende Erzählung über das angebliche Investiturprivileg Hadrians (vgl. MG. Constitutiones I, 657 ff.) ist der Panormia Ivos von Chartres VIII, 135 (Migne CLXI, 1337; MG. Leges II, 2, S. 160 Anm.; Concilia II, 825 ff.) entnommen, aus der sie auch in Gratians Decretum c. 22 Dist. 63 übergegangen ist.